



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXVII. Ioannis Papae VIII. Ad Carolvm Regem. Agit gratias de obseruantia erga Romanam ecclesiam. miratur quod ad se legatos non miserit. rogat vt ante colloquium, quod cum Ludouico rege ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

conuentum præſentialiter venire fatagas, adducens tecum Girardum vicecomitem, Umbertum, Aguarum, In- gelbertum, ſuper quos ipſe reſclamat: quatenus nunc co- ram nobis, & coram ſæpe dicto glorioſo rege, tam cano- nica cenſura, quamque humanæ legis ſancitu, inter vos, quidquid contra fas & ius factum fuerit, nihilo minus finia- tur. Data vt ſupra.

EPISTOLA CXVI.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD VVIBBODVM EPISCOPVM.

Commendat illius fidem. hortatur vt legatum mittat antequam cum Carolomanno in collo- quium veniat, cui eum quoque intereſſe iubet.

Reuerendiſſimo & ſantiſſimo Vvibbodo venerabili epiſcopo.

IN lectione literarum veſtrarum, & in relatu earum ge- ruli hominis veſtri, vos deuotiſſimos, & vt ſemper, no- ui fidiffimos; pro quibus vobis gratias agimus, & Deo auxiliante retribuemus. Interea monentes hortamur vt coeptum perficias, & antequam Carolomannum alloqua- mur veſtrum legatum cum literis mittere fatagas, & in colloquio vbi fueris, tua præſentia eſſe ſtudeat. Optamus ſanctitatem tuam in Chriſto bene valere, maxime in hoc. Data vt ſupra.

EPISTOLA CXVII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD CAROLVM REGEM.

Agit gratias de obſeruantia erga Romanam eccleſiam. mi- ratur quod ad ſe legatos non miſerit. rogat vt ante colloquium, quod cum Ludouico rege habiturus eſt, aut ipſe veniat, aut legatos mittat.

Dilecto filio Carolo glorioſo regi.

QUOD pro pace & vnitae ſanctarum Dei eccleſia- rum, omniumque Chriſtianorum in priore epiſtola, quam veſtræ miſimus dilectioni, ſignificauimus, gloriæ

nihilo minus vestra vberes gratiarum laudes rependimus: quia nos vestra epistola valde latificastis in hoc, quod dilectionem animi vestri circa Romanam ecclesiam, sicut vestri parentes ac proavi habuerunt, habere vbertim significatis; valde tamen miramur, cur ad nos legatos vestros non direxistis, sicut precati sumus. Quapropter quæso fili carissime vt ad nos ad colloquium quod cum Ludouico rege Caroli imperatoris regis filio apud Treca habituri sumus, si possibilitas non obstitit, venire acceleretis; vel si aliquo obstaculo præpedimini, vt non optamus, strenuos legatos nobis dirigite, per quos gloriæ vestræ omnia secreta, quæ animo nostro resident, fidenter mandare valeamus, locum nobis simul nomine tenus designate, quo frui vestro colloquio, & germani vestri Ludouici gloriosi regis valeamus. Quoniam de hac terra nullo modo regrediemur, priusquam, Deo auxiliante, per congrua & mutua vobiscum misceamus colloquia. Oramus gloriæ vestram piis florere successibus.

EPISTOLA CXVIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD LVDOVICVM REGEM.

Eiusdem argumenti.

Dilecto filio Hludouico glorioso regi.

QUOD pro pace & vnitate sanctarum Dei ecclesiarum omniumque Christianorum a Romana sede in partes Gallia venerimus, in epistola, quam gloriæ vestræ misimus, plenissime significare studuimus: nescimus tamen quo tempore ad vos peruenit, & de eo, quare nobis non dedit dilectio vestra responsum. Quapropter quæso fili carissime, ad nos vt ad colloquium quod cum Ludouico rege Caroli imperatoris filio apud Treca habituri sumus, si possibilitas non obstitat, venire acceleretis; vel si aliquo obstaculo præpedimini, vt non optamus, strenuos legatos nobis dirigite, per quos gloriæ vestræ quæ animo nostro resident, fidenter mandare valeamus, locum nobis simul nomine tenus designate, quo frui vestro colloquio, & germani vestri Caroli gloriosi regis valeamus. Quoniam de